

Zeitschrift: Jahresbericht der Historisch-Antiquarischen Gesellschaft von Graubünden

Herausgeber: Historisch-Antiquarische Gesellschaft von Graubünden

Band: 113 (1983)

Anhang: Beilagen

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

Download PDF: 22.01.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

Beilage 1

1701 Dezember 11., Vicosoprano

Das Kriminalgericht in Vicosoprano unter dem Vorsitz des Statthalters Bartholomäus Bazcher ernennt Gaudentius Fasciati, Sohn des Rodolfo Fasciati, zum öffentlichen Notar des Tales Bergell.

Original eingebunden in ein Notariatsprotokollbuch, italienisch, STAGR AB IV 6/140. – Eigenhändige Unterschrift des B. Bazcher und des Schreibers Augusto Stop(pani). Kein ST und kein Siegel. – Geringfügige Änderungen der Originalorthographie: Majuskel, v für u, ii für y.

NEL NOME DEL SIGNORE IDDIO AMEN. Anno milisetecento vuno indicione decima in un giovedì li undici del messo di decembre in Vicosoprano sedendo il Signore logotenente Bartolomeio Baciger e dritura criminalla.

E comparso et si e presentatto Signore Gaudenzio figlio di Ser Rodolfo fqm. Gaudenzio di Fasciattii di Soglio della Valle Pregaglia, l'quale desidera che gli sia data la faculta et lautoritta di notaro publico, et suplica umilmente la magnifica dritura qualmente le vogli fare e creiare notaro publico et promovere alla detta carica di notaro publico et ofizio del tabeglionatto.

La qual magnifica dritura uditta le honesta dimanda et suplicacione del detto Signore Gaudenzio de Fasciattii et autta la debitta informacione di persone peritte et qualificate della sua suficienzia del detto Signore Gaudenzio in hogni miglior modo, via caussa e forma che meglio a potutto e puo. Inerendo alla autorita che ha, interveniendovi tutte le solenita opportune, tanto di ragione quanto di fatto, et ricercatte in simile cose, ha fatto, costituito, creiatto et hordinatto et fa, costituisce, creia et ordina il sudetto Signore Gaudenzio per notaro publico della Valle Pregaglia ivi pressente et acetante questa arte et officio di notaro, dandogli e concedendogli e che gli da e concede piena, ampla e libera autoritta d'esercire e fare il detto offizio, di scrivere, rogare, tradure e publicare qualsivoglia sorte di contratti, distratti, iudici et ultima volonta et di fare et exercire qualunque cose sotto qualsivoglia nome o titollo appartenentii al detto offizio et arte di publico et autentico notaro, pub(l)icamente et secretamente, ordinando et decretando in ordine alli nostri Statutii. Di piu che al sudetto Signore Gaudenzio et alli suoi scritti, scritture et instrumentii tantto publici quanto privatti si creda, si stia fermamente e si presti plena et indubitatta feda.

La qualli cose seguite, il sudetto Signore Gaudenzio de Fasciattii a tocatto la bachetta con la sua mano destra, in forma di soleno giuramento, ha giurato de exercire la sua carica di notaro fedelmente, giustamente, con buona feda e senza fraude.

Datta in Vicosoprano nel nostro palazzo della Residenza Anno di ud supera.

Bartolome Bazcher log^{to}
della mag.^{ca} dritura cri-
minale

(m. p.)

Ego Agustino figlio qm. Sig^{te}
nodaro Gian Sto... * scrisse
per hordine ud supera.

* Stelle ausgerissen.

Beilage 2

1586 August 31., Sondrio

Johannes Baptista Spandrius von Morbegno, Dr. iur. utr., Ritter und Hofpfalzgraf, und die Professoren der Rechte und consules iustitiae Thomas ab Ecclesia, Nicolaus Paravicinus und Johannes Andreas Lazzaronus ernennen Daniele Ruinelli, Sohn des Johannes Ruinelli von Soglio, auf Grund der abgelegten Prüfungen zum Notar für das Gebiet der Drei Bünde und das Veltlin. Die Ernennung wird von Paulus à Florinis, Landeshauptmann des Veltlins, am 3. September 1586 bestätigt.

Original, Pergament, STAGR A I/2a Nr. 94.

Nos JOANNES BAPTISTA SPANDRIUS iuris utriusque doctor, eques aure/atus, comes Palatinus imperialis et consul iustitiae ad signum bovis in iurisdictione Morbennii tertierii inferioris Val-/listellinae, THOMAS AB ECCLESIA legum professor, consul iustitiae in tertierio medio ad signum leonis,/ NICOLAUS PARAVICINUS legum professor, consul iustitiae in predicto tertierio ad signum aquilae, et JOANNES / ANDREAS LAZARONUS legum professor, consul iustitiae ad signum aquilae in tertierio superiori Vallistellinae praedictae.

In exequitione statuti vigentis in Vallistellina positi numero XV. disponentis de laudatione notariorum, vobis illustri et magnifico / domino PAULO A FLORINIS Vallistel-
linae capitaneo et gubernatore sedenti ut infra, universis omnibus et singulis / presentes inspecturis, fidem et relationem facimus scribendum et ad cancellarium offitii Sondrii ponendum DANIE/LEM filium multum magnifici domini JOANNIS DE RUINELLIS de Solio inclytae Vallis Praegalliae in Rhaetia Antiqua / ex Confoederatis Illustrissimorum et Excelsiorum Dominorum Trium Phoederum, praesentem et petentem se laudari in notarium publicum Vallistellinae. Examinavimus illumque idoneum et sufficientem comperimus ad tradandum et rogandum, ac conficien- / dum quaecumque instrumenta, contractus et distractus, cuiusvis generis et maneriei sint. Proinde / illum approbavimus et per praesentes approbamus ac in notarium publicum laudamus. Ita quod possit / et valeat de caetero in tota Vallistellina ac Dominio Illustrissimorum Trium Phoederum tradare, rogare et conficere quaecumque / instrumenta ac quoscumque contractus et distractus cuiusvis generis et maneriei sint, et quocumque nomine vel / vocabulo nuncupentur servata forma statutorum Vallistellinae et eiusdem ordinum super instrumentis / et contractibus et eorum numero testium atque de eorum modo et forma et materia dispositis per iura- / mentum ipsi DANIELI per NOS delatum de praemissis omnibus et singulis observandis, et quae / quidem omnia ratificavimus NOS antedicti consules ut supra, et de omnibus relationem facimus ut supra / ut ipsi DANIELI tamquam notario publico per NOS laudato et approbato ut supra. Et quibuscumque instrumentis / et aliis scripturis per eum de caetero rogandis ut supra vel conficiendis plena et indubitata adhibeatur fi- / des in iudicio et extra tamquam rogata et confecta per publicum et authenticum notarium Vallistellinae / ut supra. In quorum omnium fidem et testimonium presentes fieri et manibus nostrorum omnium propriis / subscribi iussimus. Datum Sondrii die Mercurii ultimo mensis Augusti, anno à partu Virgineo millesimo / quingentesimo octuagesimo sexto.



Ego JOANNES BAPTISTA SPANDRIUS supramemoratus praedictum magnificum dominum Danielem diligenter examinavi / cumque ad exercitium notariatus merito admittendum comperui, ideoque ipsum ut pote / ad id idoneum praestito in manibus meis iuramento, de quo supra, ad dictum offitium notariatus exercendum laudavi, et approbavi, et in fidem propria manu subscripsi. Anno Domini / millesimo quingentesimo octuagesimo sexto die Mercurii ultimo mensis Augusti.



Ego TOMAS AB ECCLESIA de Malenco fqm. domini Joannis consul iustitiae tertierii de medio Vallistellinae ad signum leonis prenominatum dominum Danielem / ad notariatum admittendum fore censeo eumque idoneum admitto et laudo et in fidem me subscripsi. Anno die et mense suprascriptis.



Ego NICOLAUS PARAVICINUS legum professor, habitator Sondrii, consul iustitiae antedictus, praenominatum dominum Danielem / examinatum et idoneum repertum ad notariatum approbo et admitto ac laudo, et pro fide hic me / subscripsi anno die et mense praedictis.



Ego JOANNES ANDREAS LAZZARONUS fqm. domini Michaelis, habitator Tirani superioris tertierii Vallistellinae, consul iustitiae in praedicto superiori tertio ad signum / aquilae, supramemoratum dominum Danielem circa artem ipsam notariatus examinatum idoneum et sufficientem comperui et ita ad cancellariam / describendum merito comendandum esse et ad praemissa approbo ideo pro praemissorum fide meo solito in similibus posito signo subscripsi. Anno / et indictione supra a praedictis dominibus consulibus adnotatis die Veneris secundo mensis septembris servata statutorum dispositione.

Nos PAULUS A FLORINIS Vallistellinae capitaneus et generalis gubernator visis praescriptis / creatione notariatus et eius exercitii collati in praedictum dominum Danielem Ruinellam / ac laudationibus praedictorum dominorum consulum sumptisque debitis informationibus super probitate et / sufficientia eiusdem dominis Danielis et consideratis considerandis ipso tamen domino Daniele sic requirente dictam laudationem et creationem admittimus, approbamus et confirmamus ad formam statutorum Vallistellinae. Mandantes domino cancellario Vallistellinae praedictae / uti ipsum inscribat in matricula aliorum notariorum. Datum Sondrii die sabati / tertio mensis septembris 1586.

sig. PAULUS

LS

sig. Stephanus Perarus
cancellarius

Signete verkleinert.

Beilage 3

1708 März 21., Berbenno

Auf Grund einer Urkunde vom 10. April 1598 ist die Würde eines comes Palatinus dem edlen Petro Noghera de Pedemonte und seinen Nachkommen vom comes Palatinus Joannes Marco Moncenico verliehen worden.

Alfonso Noghera, Sohn des Petro, comes Palatinus, ernennt kraft des obgenannten Privileges den Kanzler Gaudentius Fasciati aus Soglio mit der Übergabe von Feder und Tinte zum Notar. Er wird durch diese Amtseinsetzung öffentlicher Notar mit dem Recht, sein Amt «per totum Romanum Imperium» auszuüben. Der Kanzler Gaudenzio Fasciati hat den Treueeid gegenüber dem Reich und der Beachtung der Berufsehre geleistet.

Die Urkunde ist vom öffentlichen Notar und Kanzler des Veltlins, Joannes Petrus Caus, in Gegenwart von drei Zeugen ausgestellt. – ST und Unterschrift des J.P. Caus.

Vier consules iustitiae erklären Gaudentius Fasciati auf Grund erfolgter Prüfung als für das Amt eines öffentlichen Notars befähigt. – ST und Unterschrift der vier consules.

Landeshauptmann Antonio de Salis bestätigt die Ernennung. – Siegel und Unterschriften des Antonio de Salis und des Kanzlers J.P. Caus.

Original eingebunden ins Protokollbuch des G. Fasciati, STAGR AB IV 6/140.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Anno ab eiusdem nativitate millesimo septingentesimo octavo, indictione prima, die Mercurii vigesimo primo mensis Martii.

Universis et singulis praesens instrumentum inspecturis manifeste pateat, qualiter auctoritas, et dignitas, ac offitium notarii ab Imperatoria celsitudine, veluti a fonte dignitatum emanaverit, ne deessent, qui publice scriberent, eorumque scripturis per omnes, qui Romanum Imperium profitentur plena adhiberetur fides, verum cum ipse Imperator adesse ubique non valeat; ideo creandorum tabellionum auctoritatem, et iurisdictionem quibusdam concessit, et praecipue nunc quondam nobile domini Petro Nogherae de Pedemonte communis Berbenni tertierii de medio Vallistellinae, eiusque descendentes in infinitum comiti Palatino creato, cum omnimodo auctoritate prout ipse serenissimus, et invictissimus Imperator posset, ut constat privilegio de praemissis concesso ab illustre domini Joanni Marco Moncenico Ripae Salodii Lacus Benaci Briaiensis equite, et comite Palatino ex auctoritate et iurisdictione ei concessa, prout ex privilegio inserto in infrascripto privilegio; confectoque dicto privilegio in quam praedicto quondam nobili domino Petro Nogherae, et utsupra, cum institutione aliorum privilegiorum auctoritate suprascripta continente, subscriptum a praedicto domino Joannes Marco Mocenigo manu propria, et munito eius sigillo ex cera rubea in capsula ad cordulam sericam diversis coloribus pendenti, et rogato per dominum Joannem Paulum Paganum de Pesclavio die X^a Aprilis 1598...

Quapropter dominus Gaudentius, filius domini Rodolphi Fasciati de Solio vallis Praegalliae domini Excelsarum Trium Foederum cancellarius modo Sondrii degens, circa theoreticas rationes notariae informatus, flexis genibus postulavit, ac petiit nobile domino Alphonso fqm. nobilis domini Joseph olim nobilis domini Joannis Antonii, et olim suprascripti domini Petri Nogherae de Pedemonte comiti Palatino vigore privilegii utsupradicto qm. nobile domino Petro Nogherae et eius descendentes concesso, sedente super scamno in loco, de quo infra se notarium creari et de eo offitium notariae

solemniter cum penna et atramento investiri, ita quod in futurum praefatus dominus cancellarius Gaudentius Fasciatus possit, et valeat publice operari et exercere officium tabellionis circa contractus, pacta et ultimas voluntates, et quaecumque acta tam civilia, quam criminalia, omnia et singula, quae ad dictum officium spectant et pertinent facienda per totum Romanum Imperium instanter requisivit. Id circo praefatus nobilis dominus Alphonsus Noghera comes utsupra attenta suprascripta petitione, et habilitate praedicti domini cancellarii Gaudentii Fasciati, auctoritate supradicta omnibus melioribus modo, quibus melius et efficacius potuit, et debuit, potest et debet, eundem dominum cancellarium Gaudentium Fasciatum ibi presentem id quoque humiliter supplicantem et acceptantem in publicum, et authenticum notarium fecit, creavit, ordinavit et deputavit, tenoreque presentium facit, et creat, eumque cum penna et atramento, quam et quod suis manibus tenebat legitime investivit, et investit, ita quod de caetero in antea praedictus dominus cancellarius Gaudentius Fasciatus possit, et valeat publicum operari officium tabellionis circa contractus, pacta, et ultimas voluntates, et acta iudiciaria civilia, et criminalia per totum Romanum Imperium, et omnia et singula facere, quae ad dictum officium spectant et pertinent, et qui dominus cancellarius Gaudentius Fasciatus ipsi domini comiti Palatino, et vice Romani Imperii stipulanti, et recipienti corporale fidelitatis debitum praestitit iuramentum iurando, prout iuravit, corporaliter eius dextera tactis scripturis ad Sancta Dei Evangelia, quod erit serenissimo imperatori et Sacro Romano Imperio omnibus que successoribus suis Romanorum Imperatoribus fidelis, nec unquam erit in consilio, ubi de damno et periculo, aut alio praeiudicio suo tractetur, quatenus tamen non agatur de interesse illustrissimorum dominorum nobilorum Trium Excelsarum Foederum, aut statim ipsorum praeiudicium inferatur, quibus praecipue et ante omnia obtemperare et inservire in omnibus, quod prodesse, et fidelitatem servare tenetur.

Item iuravit proutsupra viduas, orphanos, pupillos, minores cuiusque sexus, ecclesias, hospitalia, et alia loca pia eorumque iura omni conatu suo conservare et deffendere ac eis et cuilibet praemissorum tam in consulendo, quam scribendo opitulari, et facere instrumenta tam publica quam privata, ultimas voluntates, omnia iudiciaria et extra iudiciaria acta fideliter legere, facere et scribere, omnibus dolo, falsitate, odio, praece et pretio, quo ad fidelitatem corrumpendam remotis, dicta testium secreta retinere donec publicata fuerint, et generaliter puram et meram fidem in omnibus et per omnia impartiri, de quibus omnibus praedictus dominus comes Noghera, et dictus dominus cancellarius Gaudentius Fasciatus mandaverunt, et rogaverunt me notarium infrascriptum, ut publicum conficerem instrumentum.

De quibus omnibus et singulis ego notarius infrascriptus rogatus fui in laudem sapientis, substantia tamen non mutata.

Actum Berbenni in hippocausto aedium habitationis eiusdem domini comitis Nogherae, presentibus ibidem pro testibus domino Jacobo Dea dicto Tonello fqm. domini Baptistae de Sondrio, domino Antonio Rubeo Fusinis degente fqm. domini Joannis Dominici loci Caronae districtus Bergomi, et magistro Lelio Laqua modo Berbenni praedicti commorante fqm. Jacobi de Pesclavio, notis omnibus et idoneis.

Ego cancellarius Joannes Petrus Caus habitator Sondrii publicus imperiali auctoritate Vallistellinae notarius fqm. Bartholomei comunis Montanae hoc praesente imperialis auctoritatis ... cuius instrumentum rogatus confeci, alieno calamo exscribere curavi, hicque me pro fide subscripsi manu propria.

Nos infrascripti iustitiae consules viso et examinato per nos instrumento tabellionis antescripti domini cancellarii Gaudentii de Fasciatis petentis se a nobis laudari ad notariatum publicum Vallistellinae exercendum, examinavimus eundem dominum cancellarium de Fasciatis supradicto notariatus officio eumque ad illud publice exercendum idoneum et habilem invenimus, ideo ipsum approbamus et admittimus etc. In quarum etc. Datum Sondrii ex nostris solitis aedibus hac die Mercurii 11 mensis Aprilis 1708.

Ego Joannes Guicciardus iuris utriusque doctor et consul iustitiae tertierii de medio ad signum aquilae afirmo et aprobo ut supra, in quorum fidem subscripsi meumque solitum signum apposui.

Ego Joannes Andreas Pells(?) iuris utrisque doctor et consul iustitiae ad signum bovis tertierii de medio Vallistellinae fidem facio examinasse dictum dominum Gaudentium de Fasciatis et eum reperuisse habilem ad notariatus publici artem habendam, in quorum fidem scripsi et subscripsi solitoque meo signo munivi.

Res meas agens, cum in oppido Sondrii essem, obviam habui dominum cancellarium Gaudentium de Fasciatis requirentem a me, tamquam Tiliensis iurisdictionis consule, ut eum ad publicum notariatus exercitium admitterem, et aprobarem. Id circo visis prius publicis documentis, ac attestationibus spbam requisitionem concomitantibus, et praefato domino Gaudentio comitem palatinum, ac excellentissimos dominos tertierii de medio iustitiae consules factis, eundem dominum cancellarium Gaudentium de Fasciatis acurate examinatum habilem atque idoneum ad notariatus artem publice exercendam inveni, quare uti talem iure merito laudavi et confirmavi, laudoque atque confirmo etc. In quorum fidem meo solito signo aposito scripsi et subscripsi. Sondrii in aedibus excellentissimi domini (decani?) Francisci Carbonerae hac die Mercurii undecima mensis aprilis 1708.

Ego Carolus Fabius Besta iustitiae consul iurisdictionis Tili ad signum ursi.

Suprascriptum dominum Gaudentium de Fasciatis ad notariatus officium exercendum, praemisso diligenti examine habilem inveni, et uti talem approbavi et laudavi, approbo etc. Et ego J.B. Martinus iuris utriusque doctor et iustitiae consul ad signum bovis in iurisdictione Morbennii in quorum fidem manu propria subscripsi meique tabellionatus signum apposui hac die lunae 23 Aprilis praedicti.

Nos capitaneus Antonius de Salis totius Vallistellinae gubernator etc. Harum serie omnique alio meliori modo etc. attentis antedictis approbationibus factis ab introscriptis excellentissimis dominis iustitiae consulibus praemisso prius iuramento praestito per antedictum dominum cancellarium Gaudentium de Fasciatis in actis cancellariae nostrae criminalis, quem etc. approbamus et nos eundem dominum de Fasciatis ad artem notariatus publice exercendum. In quorum has nostras dedimus, Sondrii ex . . . nostrae solitae residentiae die Veneris 27 mensis aprilis 1708.

LS sig. Antonius

sig. Jo. Petrus Caus
cancellarius

Signete verkleinert.

